

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinu

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0083

LOG Titel: De Cuculo. Cap. XVI.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

tem effodere scripsit. Huic item respōsum est, turpiter & maximo cum legentium dispendio, Aristotelis locum, ubi Phoiici (cui Harpam, quod victus earum similis sit, inimicam scribit) peculiare præ cæteris esse tradat, ut oculos potissimum appetat, apud Plinium in plurimis partium oculatum, corruptum legi. Quare omnino concludo Harpam palustrem Miluum esse. Ad quam pariter opinionem Ornithologus in primis accedit: & Syluaticus idem cō. ludere videtur: *Arba*, inquit, *avis est, quæ in lingua nostra vocatur Arpa similis Miluo, sed vtrumq; maior.* Atq; hinc Cretenses Miluum adhuc ἀρπίστην vocant.

DE CUCULO. Cap. XVI.

CUCULVM Accipitribus apponendum duximus vel ea sola ratione, quod Accipitrem referat tanta similitudine, ut etiam Aristotelis ætate, hoc ipso prognatus crederetur, & etiamnum apud Gallos, vt testis est Bellonius *Falco Cuculi parens* communi proverbio dicitur. Non armis tamen ad rapiendum aptis, rostro scilicet & unguibus instructus est, sed colore tantum Accipitres representat, estq; avis minimè bellicosa, sed ignava potius ac timida, & impunè ab alijs auiculis infestata, Philosopho teste, ideoq; eam in vltimum Accipitrum locū reiecimus, non tamen ea ratione, quod reuera cum hisce conueniat, sed quia conuenire credita fuit. Cuculus tamen non omni profus honore ac laude destituitur. Nam Iunonis Deum Regniæ sceptro insidens ab antiquis effingebantur, fortè quia nō alia ratione facilius Iunoni imponere, eaq; se potiri posse Deorum Rex exiti naret Iupiter, quam quod ludicram huius avis formā assumeret, quam ipsa post captaret. Vnde non indignam auem eam existimarent, cuius nomen etiam Iouem ipsum donarent, Cuculum vocantes. Quare Cuculo locum Iuno, quod coniux esset Iouis, si Ethnicorum fabulis credimus, quas tamen suo loco latius enarrabimus. Cùm verò vincula iugalia, nec non puerperium curæ esse Iunoni existimarent præci, quare boni omnis causa Cuculum Deæ huic dicitur esse quis putare posset. Boni enim augurij etiamnum à vulgo habetur, solentq; nostri ex eius cantu ducendæ vxoris tempus vt Germani, diuturnitatem viæ colligere, dum in singulas, quas avis reddit, vocis iterationibus singulos annos computant. Et in partu non minus fortunatus, quam astutus ac sagax est. Propriæ enim frigiditatis probè conscius, qua se & ad fouenda, & ad excludenda oua agnoscit ineptum eo partu vitur, vt nullo suo labore posteritati tamen consulat, ouis suis in alienum nidum, earum præsertim auicularum, quæ similia pariunt, ne deprehendatur, illatis. Hoc etiam humano generi præter cætera vitis, quod omnium primus auium, vt testis est Oppianus, verni temporis, cùm aduolat, nuncius est, & caniculæ exortæ, cùm auolat. Vnde Agricolis ad varias operas disperendi temporis author est.

Lib. 2. de
Auis. c. 29.

Lib. 3. de
Gen. c. 1.
Cuculus Iunoni Sacor.

Cuculus boni omnis
Auis.
Germani
cuculi voces enume-
rās, & cur.

ÆQVIVOCA.

KOCCYX est os in imo ossis sacri positum, tribus proprijs partibus constans. Sunt autem partes illæ ossicula, etiam si Galenus ira non audeat appellare, quod pueris adhuc sint cartilaginee, quæ quamuis annorum spacijs offeæ euadant, in ambitu tamen & commissuris & sine adhuc cartilaginosa permanent. Vniuntur autem inter se symphisi, quamuis coccygis tertium os (quod proprio nomine & σποιδύλιον, & σπρος, & ούρωπύγιον appellatur) vt ossis sacri primum per sæpè synarthrosi iungatur, & in ijs foramina intus ampliora, vt in osse sacro, nisi quod ad coccygis ossis secundi cum tertio commissuram pro foraminibus futura tantum est. Ita dictam Coccygem Cardanus putauit, quasi Cuculum, quod Cuculi rostrum, quoad figuram (nam in aduncam quandam acutiem definit) & quodammodo etiam colorem æmuletur. Verùm alijs magis placet ira vocatam, quod instar cristæ emineat. Nam κόκκυξ Helychio & Varino alibi etiam exponitur λέφος ἢ περιπεφάλαια, id est crista & galea.

Comm. in
3. App. 13.
Κόκκυξ ἢ
crista.
Proparte
humeri.
In Theria
tis.

Vocatur & κόκκυξ in iumentis pars quædam humeri vel inter humeros.

Nicander olynthos id est grossus caprifici coccygas vocat, fortè quod cum Cuculis simul verno tempore prodeant.

Kόκκυξ etiam Græcis. & Cuculus Latinis piscis marinus est apud Athenæum, qui Numæniū rubrum ab accidenti appellasse scribit: Romanis vocatur vulgò pesce capone. Videtur autem à sono vocis ita dictus. Hinc hos versus legere est apud Castorem Durantem.

Quantumuis multos pisces natura crearit,

Coccyx efficit a nominis vocis habet.

Est autem dura carnis, siccaq; nihilq;

Lenti in ea, aut medicam, nil quodq; fellis inest.

Coccyga
fructus.
Cuculus pi
scis.
Li. 7. c. 27.
In Thes.
Sanis.

Lib. 2. de
diata, & de
affec. intera

Vnde Hippocrati tanquam piscis siccissimi plurimis in locis commendatur ad morbos claf.
la pituita ortos, nec non ad splenis vitia. Editur suauiter frigus succo aurantij reperlus.

*At verò gladio partes dissectus in ambas
Frigatur, & multo gratior esse solet.
Vique minus Cuculi delint & in aère & vndis
Vinunt, longè alios terra frequenter auti.*

Inquit idè Durantes versu nò ille pido. Athenæas verò ex Epicharmo afsatos videtur laudare.
De cuculis, inquit, sic meminit Epicharmus: Et splèidai Cuculi, quos omnes discimus, affantefq;
ac còdentes moluimus. Dorion eos, ait, affare oportet, ubi per dorsum atriferimus, ac herba, sase,
laserpisio, sale, oleo condare, deinde verrere, ungere, modicam salis subter spargere, nam excipere, ac
aceto perfundere.

Cuculus
herba
Lib. 6. Me-
th. c. 10.
Oxy. Plin-
nij
Solatrum
furiosam
Cuculo di
Leuante.

Herba Cuculus Fernelio Ambiano sub cineribus còcta ambustis mederi traditur, & Carda-
no ad carcinomata valere Hæc oxya esse Plinij crediderim. Alioqui panis Cuculi dicitur vul-
go Latinorum, nūctri flij acetosi nomine nota est. Hæc moderato frigore quem acor indicat
feruorem temperat, & tepellit modicè. Vnde & ad inflammationes & erysipelata celebratur,
& acutè febricitibus valissima est.

Cap. 30.
Cap. 83.
Vnalupina
Cacubali.
Capitis teg-
men.
Cucullus
pro regimi-
ne capitis.
Sat. 3.

Solatrum verò furiosum vulgò quidè Cuculo di Leuante dicitur, sed ei nomini, vt vide-
tur, nihil cum Cuculo nostro commune est, verùm ita dictum iudico à Græca voce κόκκυς, quæ
Latinis baccam notat, vnde & coccus piscatorius vocatur. Nam instar baccæ teres est, alijs gal-
la orientalis, quem quercus cuiusdam fructum esse dicunt. Bononienses nostri hodie oliuas vul-
gò coccolas vocant, itidem quasi baccas. Quanquam Otini hologus suspicatur cuculum herbã
apud Marcellum, vbi hanc podagræ dolores impostam federe scibit, Solanum intelligi, hæc
motus ratione, quòd inter medicamenta simplicia ad Paternianum (qui liber Galeno ascribitur)
vua lupina, hoc est solanum hortense, Cuculus etiã nominetur, quod & cacubali à Plinio
dici putat, quod nomen etiã apud Diosco. idè inter solani hortenfis nomenclaturas legitur. Et
Syluaticus Cuculũ vnam lupinã vocat. Quod si ita esset, possit herba Cuculus apud Ferneliũ
& Cardanũ fortè non malè solanum èt intelligi, quod ad ambusta & erysipelata insigni vi pol-
lere cõstat. Hac interim de re alij vt lubet, iudicent. Plura videre erit in capite de denominatis.

Cucullus (cuius vinculum tegillum Plauto dicitur) capitis tegmen olim erat grossioris villi,
vnde Iuuenalis.

Contentusq; illic Venes, duroq; Cucullo.

Sicuti enim in elegantioribus Galliæ feruis frequens erat vsus vestis cuiusdam purpuræ, sic &
vilioribus per illam ætatem, vt testatur doctissimus Lipsius ætatis nostræ decus, cucullus. Mar-
tialis:

Lib. 10.
Epigram.

Pullo alger Meuius in cucullo.

Lib. 1. ca. 8.

Colomella. *Culsam vestiamq; habeat (agricola scilicet) familiam vtiliter magis, quàm delicatè,
munisã diligenter à frigore, piansãq; quacũq; prohibentur pellibus manca. is, cẽ. onibus conse-
ctis, vel sagis cuculi. aut, id est cucillos habentibus. Lampridius: Tectus cucullione mullionica, ne
agnoscere iur. Capitolinus: In tantũ dicunt vitiorũ Caisariorum & Nerontanorũ fuisse amulum, vt
vagaretur nocte per iadernas & lupanaria ob tectocapite cucullione vulgari visorio. Ad eundẽ
sentium Iuuenalis.*

In Helioga-
balo
In Vero,
Sat. 6.

Sumer nocturnos meretrix Augusta cucillos &c.

Et alibi:

Illu subet sumpto iuuenem propterare cucullo.

Item alibi:

— Si nocturnus adulter

Sat. 8.

Tempora Santonico velas adoperia cucullo.

Cucullus
pro rosa ve-
ste.

Cucullus etiam pro: rosa veste accipitur apud Sardonium: *Per quos nocturnalẽ cucullũ, quo mem-
bra confectã tectumq; inter oranaũ, cubandãq; signatur tegere, transmissi. Quãquã non oportuẽ
species villosa mittatur hyeme finita, tamq; temporibus a stas appropinquãibus. Nostra tẽpella-
& in Italia viatoibus tantũ & monachis ad tegendũ caput est in vsu. Horum mores formã
D. Hieronymus, de monachis loquens, ita inquit: *Edentes autem cucullis capita sua velant, ne;
aliter alterũ aspicias mãducantem.* Gallis etiam mulieribus non abumilitegmine caput valere
etiã nomen mos est, quod ipsã vti & monachalem cucullũ vernacula voce cappam, vt & Germa-
ni vocant. Cucullionem pro cuculo, vt & Capitolinus suprã, & Cato videtur accipere. *Funes ve-
teres sarciri, nonosq; fieri, contones, cuculliones familiam oportuisse sibi sarcire.* Nec dissimile
quod bardocucullum Martialis nominat.*

In disticiis.

*Gallia Santonico vestis te bardocucullo,
Cercopithecorum penula nuper erat.*

Item alibi.

Ybica lingonicus tyrianthina bardus, cucullus.

Penula Gallicæ gens, si cucullum non habebat bardiacus, inquit Perottus, dicebatur. Verum Perottum ea in re hallucinatum fuisse, quivis ex sequentibus iudicet. Meminit Iuuenalis:

Bardiacus index datur hæc punire valenti

Calceus, & grandes magna ad subsilia tora.

Sat. vit in principio.

Quibus tribus describit centurionem, qui gestare solet in castris cucullum bardiacum, & calceam clauarum, & qui magnis, procerusq; est. Erat autem vestis vilis, & apra militibus, in qua etiam cubaret in castris, quasi que & si nisi ob breuitatem & crassitiam conueniret, vt ex Martialis versus paulò ante citato etiam comprobatur de eadem Capitolinus & *Auctio sanæ rerum*, inquit, *Commadi in his insignior suis vestis sub tegmine Serico, aureis filis insignior per tunicas, penulasq; lacernas, & obriadoras Palmaarum, & cucullû Bardiacæ.* Per bardiacum itaq; intelligere debemus cucullum lanæ crassioris, quo maxime Galli vtuntur. Num Bardii natio sunt Gallorum, vt docet Strabo. Ex bardo itaq; & cucullus fit bardocucullus, siue bardiacus cucullus, & quandoq; ponitur absolute, vt ex Iuuenale paulò ante liquet, & ex istoc etiam Martialis:

Lassa bardiacus quod enocati,

Erat autem euocati iuuenes ex equestri ordine delecti, qui manente vsu constituti sunt ad custodiam cubiculi Imperatorij loco militum; hinc in excubiis agebant, bardiaco veste utebantur. Alij ita dictum putarunt, quòd bardos, id est, viles & stolidos homines deceret.

Cucullus etiam significat fictile poculum, de quo Horatius:

Reges dicuntur multis vrgere cucullis,

id est, poculis seu cucullis aliter dictis, imò ego cucullis legendum puto, qua significatione istæ vox apud eundem etiam alibi reperitur, vbi ait:

Dines & anetis

Mercator exiccus cucullis

Vina Syria reparata merce.

In Arte Poët.

Lib. 1. car. Quæ 1.

Fernelio alijsq; medicis est etiam intersus pileus, quo caput ad distillationes ac frigidòs affectus discutiendos muniri solet, quem vulgò cucupham quoq; nominant.

Cucullus papyraceus inuolucrum in conuulsis fatigatum, quo pigri natiq; olivæ utebantur, a hodiè vtuntur, quibus aromata venalia excipiunt; vulgò hoc tempore Scaetozæ nuncupatum, vnde Martialis:

Nec stans, pipersis sive cucullus:

ita dictum, quòd in speciem cuculli seu caputij erat efformatum. Nã cucullus in aqumen ex iisse Bapt. Mantuanus eo versus indicat:

Bardocucullatus caput, vti campestris Alauda.

vnde eos monachos, qui hodiè à vestis huius vsu Capuccini vulgò dicuntur, antiquam & veteram formam cuculli retinere apparet. Hanc nostri homines nunc male cucullâ vulgò vocant.

Cucullus item in quibusdam Italæ locis vocatur truca illa, quæ olefericum profert.

Cuculum Græcè *κικυλλον* Straboni oppidum est propè Albanam Martiorum urbem in Italia referente Ortelio, quòd hodiè Scurulum castellum Leander ponit.

Est etiam Cuculum urbs circa Noricum Ripense in D. Seuerini vici.

Ladunt Germani, præcipuè Heluetij ludum, què cuculum dicunt, hoc modo: Vnus oculis occulans oculis manet in loco, quem folium vel tribunal appellant, interim ab vnitate consequenter clara voce & interstinctum numerans, dum alij diffugientes passim se occultant. Occulans omnibus vnus Cuculi voce clamat, vnde ille à folio discedit, & passim inquiri, si quem abditum deprehendat. Deprehensio aliquo tribunal celestem conscendit, ne cursu à deprehensio, aliouè præueniatur. Vltimus enim inq; iustoris laborem subit. Hunc ludum Pollux apodidraicindam appellat. Frequens item est apud Batauos, vt audio.

Cuculi nomine item mons venit in agro Bononiensi, vulgò monte Cucullo.

Cucullus quod Medicis.

Cucullus p inuolucro papyraceo.

Capuccinæ vnde dicti. Lib. 5.

In Theop. Geog.

Cucullus ludus.

Apodidraicindam seu Monte Cucullo.

SYNONIMA.

CUCULVS Syriacè vocatur cocò: Hebraicè vt quidã volunt Kaath vulgò interpretantur Iudei Cuculum, idq; ex eorum Talmud, in quo appellatur kik. Verum etsi vocem Hebraicam Kaath nonnulli interpretentur Cuculum, & quidem pleriq; tamen LXXII. Peitacum, D Hieron. Onocrotalû esse putat, alij Monedulâ ita nominant, vt inquit Reuchlinus. Schalac etiam Hebraicè quidam Cuculum dici putant, alij Mergulum, alij Nycticoracem. Quiddam Schachaph Cuculum exponunt auem immundam à leacie & tuberculis, quibus præceperis foela est, & ita Hebræos cum vulgò vocare quidam author est, similiter Cuculum sunt, qui vertant, inquit Santes Pagninus, tamen D. Hieronymus Larû exponit. In Auicennæ anima-

Lib. 9. Coco. P. sal. 102. Kaath. Schalac. schachaph. Lev. 11. Dent. 14.

Euchem.
Euchem.

Decocto.

lium historia modò Banchem, modò Euchem pro Cuculo legitur. Græcis $\kappa\omicron\kappa\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ est à voce, quam edit, per onomatopœiam. Nam & $\kappa\omicron\kappa\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ Græci habent vocabulum fictitium ex Cuculi cantu; Signat etiam Gallinæci vocē, quam parva victoria solet occinere. Hodie Cretenſibus teste Bellonio, Decocto dicitur. Latine Cuculus, vt plurimùm, & Cuccus, cuius illud est diminutivum, etiam vocatur. Cucullus verò pro aue Latinum non est. Quare quòd quidam ex Cuculo faciunt cucullum ex aue scilicet vestem, apud Horatium nihil est necesse, quum hæc vox plerunq; penultimam habeat productam, apud Plautum in carmine Trochaico:

*At etiam cubat Cuculus, Surge amator, i domum. Ac mox,
Cano capite te Cuculum vxor ex Lusitris trahit.*

Lib. I. S. 7. Alioquin enim in vtroq; Trochaico versus non constaret. Ita igitur legendum apud Horatium: 10

*— Cui sape viator
Cessisset, magna compellens voce Cuculum,*

non cucullam. Inuenitur tamen & correpta penultima apud Poëtâs, vt in illo versu Martialis.

Quannis per multos Cuculus cantaueris annos.

Et apud authorem Philomela:

Es Cuculi cuculans, fritinix taurac cicada.

Pro veste verò semper ll.geminat, neq; est diminutiũ, vt Cuculus, quod etſi, vt diximus, à Cucus derivatur, alterum tamen C. deponit, ita vt etiam prima in eo secus atq; in primitiuo, corripatur. Est autem hoc nomen Latiniũ, vt plerãq; aliorum idiomatum eiusdem auis, etiam à voce, qua semper & ad tedium vsq; repetita, se primo vere prodit, nomen proprium ingeminâs, effictum, vt vix alia sit auis, quæ similiter in tot linguis vnâ aut similem nomenclaturam habeat. Demonstrat verò, vt tradit Goropius, Latinorum Cuculus (si tamen hæc deriuatio accipienda est. Nulla enim necessitas, vt Latinum Cuculus à Græco mutemur.) duo potissimum: priore quidem syllaba V. apud Latinos à quarta vocali sonum exordiri, vt Terentianus scribit, posteriore verò apud primos Latinos tenus etiam V. sonũ fuisse, si Ypsilon, quòd est in $\kappa\omicron\kappa\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ exprimere vulerunt. Quæ Goropij sententia quoad primam syllabam, demonstrat quidem quod Græci Latinorum V. exprimere volentes semper ã ponunt, vt de hac ipsa dictione factũ videre est apud Suidam & Varionem, quibus testibus Coccyx apud Romanos $\kappa\omicron\kappa\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ vocatur. Et Isacius Tzetzes in Lycophonẽ inquit: $\omicron\ \pi\alpha\rho\alpha\ \rho\omicron\mu\alpha\iota\omicron\varsigma\ \kappa\omicron\kappa\upsilon\lambda\omicron\varsigma$, id est, apud Latinos seu Romanos Coucoulus vocatur, Belgæ sanè Coucou Cuculi sonum effertunt, quem Galli, nunc Franci more Græcorum $\kappa\omicron\kappa\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ pronunciant, à quibus discere etiam obiter licet, qui sit Y Gre- 30 corum sonandum. Sed vt dixi ego minimè acceperim hanc nominis Latini originem, cum manifestum sit & hanc ipsam ex voce Cuculi apud quæque gentes promanasse, atq; vt eam primò comprehenderit, sic in vsum transfudisse. Alberto haud aptè Gugulus scribitur. Italicè Cucculo, Cucco, Cucco, Cucho: Hispanicè Cuelillo: Gallicè Cocou, sed vt plurimum, cocul seu coquu: Germanicè Gucker, Guggauch, Kuckkuck, Guckufer; Belgicè Koucouk vel Kockant. Anglicè à Cuckou & a Gouke: Illyicè Ziezgule.

Etymum.

Gugulus.

G E N V S.

*Pli. & mul-
torũ error.
Cuculum
non feriet
Accipitre.*

FALSA hæctenus, ab ipsis Aristotelis etiam temporibus vsq;, hominum complurimum 40 opinio Cuculum Accipitrum esse saltem spuriam quandam progeniem tenuit. In quem errore & Plinius ipse alicubi & Albertus, alijq; lapsi sunt. Verum hos luculentius refutari posse haud quaquam puto, quàm ipsis Aristotelis verbis, qui dissentit diuersum omnino sententiis in hæc verba scribit. *Cuculus ex Accipitre fieri immutata signa à nonnullis putatur, quoniam quo tempore is apparet, Accipiter ille, cui similis est, non aspicitur. Sed ita fertur eueni, ut ne ceteri quidam Accipitres item cernantur, cum primum vocem emisit Cuculus, nisi perquam paucis diebus. Ipse autem breui tempore astatibus visus, hyeme non cernitur. Est hic neq; aduans vnquibus ut Accipiter, neq; capite Accipitris similis, sed ea vtraq; parte Galumbum potius, quàm Accipitrem imitatus: nec alio quàm colore representat Accipitrem nisi quòd Accipiter maculis distinguitur seu lineis, Cuculus velut punctis. Magnitudo atq; volatus similis Accipitrum minimo, qui magna ex parte per id tempus non cernitur, quo Cuculus apparet, nam vel ambo vnà visi sunt aliquando. Quin etiã ab Accipitre interimi Cuculus visus est, quod nulla auis in suo genere solet facere.* Quæ Aristotelis verba non rectè intellexisse Plinius videtur, cum Cuculum solum inter aues à genere suo scribat interimi, tãquam si Cuculus de Accipitrino esset genere. At Aristoteles hoc non dicit, sed vt contra vulgi opinionem, Cuculum non esse Accipitri generis doceret, illum etiam ab ipso Accipitre deuorari ait, quod non feriet, si eiusdem generis esset, vel mutata tantùm figura ab ijs differet. Videtur sanè Plinius etiam sibi ipsi inconstans esse, quippe

quippe qui ibidem ita dicat. *Vnguibus nō est auuncis Cuculus, sed ijs & capite ac rostro, vti iussit Columba potius, quā Accipitrē refert, colore tantum Accipitrē imitatur.* &c. Possent autē & ipsius Aristotelis verba alicui negotiū facessere, vbi pedibus esse ait Columbinis Cuculū. Equidē & ipse miror, cur non potius Picorum pedibus eos comparārit, cum hisce, quos nos agnoscerimus, Cuculis non terni antē, & retrō vnus, vt Columbis, sed bini antici, & toridem postici, vt Picis sint digiti, & nocturnis auibus. Nisi existimemus non in eo similes Columbis Cuculos (quantum ad pedes) voluisse dicere, sed quōd vnguibus vtriq; minimē aduncis sint rapacitati aptis, aut aliam Cuculi speciem ipsam agnouisse, qualem Ornithologus etiā olim depictam exhibuit, Accipitris potius quā Cuculi forma, sed quā post adiecta in appendice alia emendarit. Hinc etiam hallucinatum esse Albertum colligimus, qui nō dubitat in hunc modum scribere: *Cuculus quidā componitur ex Columba & Nisio sine Sparverio, alius ex Columba & Asture, mores etiā habet ex vtroq; compositos. Ex Columba enim habet, quōd non prae datur alias aues, ex Nisio autē & Asture habet quōd insidiatnr nidis aliarum auium debiliū &c.* Hallucinatur similiter Galli, qui, vt testis est Bellonius, Falconē Cuculi esse patē vulgari dicitio ferunt. Etenim, etsi, vt doctissimus Scaliger inquit, *Cuculus & Accipiter deo rostro vna & eadem videatur auis esse,* eorū tamen naturā tam cohaeret, quā Placentini & Genuenses, aut cum Hispanis Galli.

Quomodo dicantur habere pedes colubinos. Cuculi pedes.

Lib. 23.

L. 2. H. c. 29

D I F F E R E N T I Æ.

ALBERTVS duo Cuculorum genera statuit, alterum maius, minus alterū. Vbi enim Aristotelē interpretatur. *Cuculus, inquit, duplex est, etiam ex Auicenna sententia, maior & minor: Maior ex Asture & Columba componitur, quoniam rostrum & ungues & pedes habet similes Palumbo, reliquum corpus simile est Asturi, nisi quod varietas pennarum diuersa est. Minor Cuculus componitur ex Columba & Sparverio, habens rostrum, & pedes Columba, & cetera corporis membra, & volatum similia Sparverio, unde falsa vulgi opinio nata est. Cuculum maiorem aliquando esse Asture & e converso. Magnitudine quidem & volatu maior Cuculus magnum Accipitrem refert, minor paruum. Et forte plures sunt differentia huiusmodi Cuculorum.* Hæc Albertus, in quibus, etsi quæ de generatione seu ortu Cuculorum vtriusq; generis prodidit, falsa sunt & fabulosa, vt proximē præcedenti capite ex Aristotele ostendimus, verā tamen ab eo Cuculi diuisio ponitur, & quæ immeritō à Nipho & Ornithologo reprehenditur, qui Cuculum maiorem reperiri negant. Etenim aucupes nostri Bononienses omnes vno ore affirmant & Cuculos maiores reperiri, & minores, & illos præterea duorum esse generum, sed quæ solius coloris differentia inter se distinguantur. Minores verō à maioribus non alia ratione, quā magnitudine discrepare. Maioris vtriusq; icones datur sumus, minore hæc tenus videre non licuit. Vnde non malē Albertus plura Cuculorum discrimina subodoratus videtur, vbi ait: *Et forte plures sunt differentia huiusmodi Cuculorum.* Auicenna quoq; hanc Cuculorū differentiam ponit & Aristotelem, vbi *genus quoddam Cuculorum in præruptis nidum strere* tradit, aliud Cuculorum genus intellexisse manifestō liquet.

Lib. 6. Hist. c. 7.

Cuculi duo genera dari.

Ni pbus & Ornithologus falsi.

D E S C R I P T I O.

CUCVLORVM maiorū prior longus est plus minus dodrantem, & sesquialpalmum. Rostro habet oblongiusculum eiudem ferē longitudinis quæ in Palumbis, sed crassius & acutius, & non nihil magis aduncum. Vulgariū verō seu domesticarum Columbarum rostro tertia ferē parte longius. Mandibula superior hamo exiguo non nihil conuexa, inferiore longior est, eaq; nigra, inferior verō cornea. Riētum cum tota capacitate interiore rostri & lingua intensē est croceus. Nares teretes ac patulæ. Oculorum iris minimē è luteo splendet, sed pupillæ cōformiter fusca est, imo nigra. Prona pars tota tam cinerea, quā alba, lineis solum maculis translucens ductis oblongiusculis, fuscis distinguitur, at nō continuis, sed interruptis, vti etiam in multis Accipitribus. Quare ea, quæ Aristoteles adfert, Cuculi & Accipitris differentia, quōd ad hæc notas attinet, in hoc, vti neq; in altero sequenti minimē locum habet. Neq; enim, vt ipse ait, in hoc Cuculo teretes sunt magis quā in Accipitrum plerisq;. Imo verō ea, quibus Subbuteo alijq; nonnulli Accipitres insigniuntur, notæ punctiorum magis rationem ac similitudinem habent, si his, quibus Cuculus hic noster respigitur, comparentur. Hæc verō linearum potius, quā guttarū in æginem exhibent. Quare quid aliud dicam, quā Aristotelem aliud quodam genus ab vtroque nostrorum diuersum agnouisse, vt etiam paulō antè diximus, minimē habeo. Nam & alter proximo loco describendus translucens pectoris notas

Cuculo maioris primi forma. Rostrium. Nares. Oculi. Venter.



oblongiores, magisq; continuas ac lineis similiore, quàm hic ipse gerit. Pennæ colli, dorfi, alarum propè omnes nigro ac ferrugineo variant; extremis verò pleræq; oris albicant. Remigū tegetes maiores albicantibus in ordinem æquabilem marginibus, lineam per tranſuerſas alas albam conſtituunt. Remiges verò ipſæ, nigre alioqui totæ, in medio, extremis vndiquaq; albèſces, vltra mediam caudam quàm longiſſimè protenduntur. Cauda ſimiliter triplici colorum varietate picta eſt, nempe nigra, alba & ferruginea. Nigra in ſingulis pennis eſt è duabus lineis medio in acumen coeuntibus, ac æquali intercapedine à ſe mutuo diſtantibus, ſerieq; quadam ad vltimam caudam diſpoſitis ferruginea latera tingit. Alba medias pennas interfecat, non reſta tamen proſum linea. Vltimæ omnes totus caudæ plumæ alben. Crura exigua admodum ſunt, & tibiz vix pollicem latum longæ, quæ in parte ſuperiori pilis propendentibus è femore candicantibus vltra poplites veſtiuntur, croceo diloro tinctæ, vti & pedū digiti, qui bini parte antica, ac totidè poſtica Cuculo à natura dati ſunt. Quæ rem antiquorū nemo obleruaſſe videtur. Nā præquæ q; neq; Ariſtot. neq; Plin. in hac aue deſcribenda, q; alioquin ſatis curiosè, ſi reliqua ſpectes facere videntur, huius rei vllam faciunt mentionem. Alibi etiam ab vtroq; ſcriptū eſt ſyngem Auium vnam præter Picos & aues nocturnas binos vtrinq; habere pedum digitos. Quod quidem cum hic, tum proximè ſequens Cuculus minimè verum eſſe re ipſa declarant.

Cuculorum maiorum alter, eadem eſt, qua prior magnitudine, nempe dodrantem & ſequipalmum plus minus longus. Roſtro quàm prior, paulò longiori, magis arcuato, acutiori, ſed minus craſſo. Mandibula ſuperior nigra, inferior cornea eſt. Riçtus roſtrumq; ipſum interius lutea ſunt. Iris oculorum ſplendidè lutea, pupilla nigra. Pars auis ſupina tota è cinereo ſeu leucophæo nonnihil ad caſtaneum tendit, alis præfertim. Nam caput, ceruix cum vltimo dorſo ſeu lumbis proſus leucophæa ſunt. Alarum pennæ remiges, quarum longiſſima vltra mediam caudam exporrigitur, parte interiore, quæ dorſum ſpectat, maculis candidiſſimis in longum ordine diſpoſitis ornantur. Pari ratione & caudæ pennæ decem vtrinq; ad neruum albis notis, figuram quodammodo cordis emulzantibus, atq; interiecto inter ſingulas digiti interuallo, pulcherrima ſerie & iucundo ſpectaculo reſperguntur. Sed eandem in latere interno margines, exceptis duabus medijs, & extremis apex omnibus candidis notis inſigniuntur. Venter, pedus, vropygium ex cinereo albicant, intercuſantibus tranſuerſim lineis nigris, vti ferè in Accipitrum generibus. Crura breuiſſima, ad pedes vsq; propemodum plumulis tecta, ſaturo tinguntur croceo, tabellis cinctæ, vti & pedum digiti ad vngues vsq;, qui & ipſi nonnihil flauèſcunt. Horum maximus maioris & antici digiti in medio latiſculus eſt, & nonnihil concauus, ad firmiorem, ni fallor, apprehenſionem. Digitos obtinet vtrinq; nempe antè & retrò pares, quemadmodum de priore dictum eſt. Ornithologus huius generis Cuculum pullum deſcribens, inſpexi, inquit, aliquando, iuuenè Cuculū, qui ventre & adiacentibus partibus ſimilis erat Sparverio, colore totus nigricans, ſed maculis ſubruffis per alas aſperſus. Foramina narium in roſtro multùm eminebant. Oris pars interior ſtavi coloris erat. Digiti eius bini antrorſum tendebant, bini alij retrorſum, vt in Pico. Hæc ille.

Color.
Ala.

Cauda.

Crura.

Ariſtoteli
& Plinij
negligètia.
Cuculi alte
rius forma.
Roſtrum.Oculi.
Dorſum.
Ala.

Cauda.

Venter.

Crura.
Pedes.Cuculi pul-
li forma.

Sequitur Cuculi alterius iam deſcripti icon.



V O X.

CVCULI propria vox est cucu, è qua ei nomen, et multis alijs auibus, est inditum. Hinc etiam Latini verbum proprium formarunt, vocem Cuculi denotans, quod est cucula

Cucu.
Cuculare.

Et cuculi cuculant, frustillas rauca cicada,

Alunus frigidare etiam dicit. Verum nos frigidare Cuculum nusquam legimus. Graeci similiter verbum habent *κοκκίζω*, quod cum de Cuculi, cum de Galli gallinacei voce usurpant, quod

Frigidare,
κοκκίζω.

10 Latini cucurire dicunt. Est autem absorta admodum Cuculi vox, unde *δυσφοῖος* Varinus vocatur. Hanc in cantando nunquam mutat, sed semper eandem replicat, & ad tedium vsq; aures auditorum obtundens ingerit: Martialis.

Quannus per multos Cuculus cantauerit annos,

Vnde mirum est, absurdam eius vocem, cantus nomine fuisse dignatum Plinium. Auditur autem plerunq; ad vltimum vsq; Iulium vocem perfectam edere, apud Germanos verò ad festu vsq; D. Ioannis. *Vocem minus explanat*, inquit Aristoteles, *cum se abditurus est.*

Li. 9. Hist.
c. 49.

T E M P V S.

20 **P**ROCEDIT, seu apparere incipit ineunte vere, *occultatur canicula oris*, Aristotele ac Plinio authoribus, *post variasse nò*, inquit Aelianus *cernitur*. Aristophani ante mensura apparere dicitur. Aetate enim volat, & lasciuir, hyeme de plumis ac squalidus in cauis arborum abditus torpet. Imo breui tantum tempore aetatis visus (unde & temporaria ales Plinio vocatur, verna scilicet) hyeme nò cernitur. Est autem primus omnium, animantium ferè aduentantis veris nuncius, & cori quae sese ob aëris hyerni iniuriam occulcuerit, primus sua latibula relinquit, vna excepta amphibiaena, quae, ut tradit Plinius, sola serpentium (qui omnes etià sese hyeme in terrae caueinas recondunt) frigori se committit, prima omnium procedens & ante Cuculi cantum. Hac Aeschylus versus subsequentes referri possunt, nam & doctissimus Scaliger

Lib. 9. Hist.
Lib. 10. c. 9.
Lib. 3. de
anim. c. 3.
In Phœni-
ce.

Amphibie-
na.

30 Cuculo ea conuenire putat, quae *ὑρῦρῦ* Aeschylus tribuit, *ὑρῦρῦ*q; cum Cuculi confundit:

*Τούτοις ἐὶ ποτὶ πῶς ἔσονται τῶν αὐτῶ κακῶν,
Πεποικίλοιο, καὶ ἀποδειλώσας ἔχαι,
Θρασίω, πετραῖον, ὄρνιν, ἐν παντευχίαι:
Ὅς ἦρι μὲν φαίνονται διὰ πάλλει πτερόν,
Κίρρον ἰδύει π' ἀγρῶ, δύο γὰρ οὐδ' αἰρῶ ἰσπανεῖς.
Παιδὸς γε αὐτῶ μὴ ἔπεισι νύδους,
Νέας δ' ὀπώρας, ἠνίκ' ἀνέξει σάχους
Τίνη τότε ἀμφιεννοῦ ἄλλ' αὐδῆσι πετρα.*

Nunc calamitatis ὑρῦρῦ τε stem sua

Variam facit, tenetq; perculsum metu,

Ferum antea, armatum petrarum nunc auem,

Vere appetente quae nouo, pennas quasit,

Rufas in agris Nam est figura duplici.

Vnus quidem iuuenis colos est petroris,

Autumno at illa, si uacua non peperit seges,

Mutata pennas rufas alias induit.

Scaliger versu secundo legit, *ἀποδειλώσας*; quarto, *φαίνονται*; quinto, *κίρρον* κεπάρρον duo γὰρ οὐδ' αἰρῶς φανεῖς; sexto, *παιδὸς γε τ' αὐτοῦ νύδους μὴ*; ἀποδειλώσας, ἔχαι τινι αὐτικῆ ἀμφιεννοῖσι πετραῖς.

L O C V S.

50 **C**Vculus ubiq; ferè gentium, etiam in Septentrionis locis, ijsq; frigidissimis reperitur, præterquam in India occidentali seu nuper reperto orbe. Scribit Hispanus Aluarez, qui totam Aethiopiā perlustrauit, nusquam à se tota ea regione Cuculum conspectum esse. Petere autem petras præruptas, excelsoq; saxa & domicilia, in quibus nidificet, vno loco Aristoteles asserit; alibi verò nidificare negat, sed alienos tantum nidos inhabitare. Quam controuersiam Niphus ita componere nititur, ut dicat, Cuculum petrarò in proprio & à se ex-
tucto nido degere, in alieno verò frequenter. Verum Ornithologus monet, nunquid pro

Cuculum
in Aethio-
phia non
apparere.
Li. 7. H. c. 10.
Li. 6. H. c. 7.
Aristoteles
reconcilia-
tus.

κοκκίζω

Lib. 6. Hist. c. 1. *κωκυθς* apud Aristotelem *κωκυθος* legendum sit. Nam locus etiam est apud illum alibi, ubi Albertus non Cuculum, sed Cygnum habet. Posset forsitan haud ineptè respondèri, Philosophum cum Cuculum nidificare negat, id de vno genere intellexisse tantum; Vbi enim affirmat, expressè addit genus quoddam in præruptis nidificare assilere. Atque ita vtrunq; de diuerso genere intellectum, verum esse. Aestate in arboribus degit plerunq; hyeme verò earundem caua intrat, sed & in lapidū & terræ cavitatibus per totam hyemem latere, longa obseruatione compertus est. Fabulatur quidam apud Germanos Heluctos Basilienses, Tigrinū rulticum quendam, cum truncum fornaci calcifiendæ hyeme immisisset, Cuculi in ea vocem audiuisse. Cum enim frigoris sit impatiens, naturæ etiam, rectè Aristotele, frigidæ, non mirum si hyberni frigoris euitandi gratia in cauernas se abdat, eò præsertim magis, quòd eo tempore deplumescat. Quod verò rursus ad æstatem atinet, existimo eos nullum certum locum aut proprium habere, sed per naturam auis, in cuius nido parit, nunc in arbore, aliquando in petris, aut alibi agere. Auicenna nonnunquam in ripa fluminis inuentus est.

Cuculi in fornacè reperi història. Temperies.

VOLATVS.

VOLATVS Cuculi similis est iuxta Aristotelem Accipitris minimi volatui: instabilis quoq; & interruptus, vnde frequenter.

Cuculus Accipitres fallit.

*Accipitrem cantu Cuculus sic decipit a se,
Dum vagus incertus itq; redit vias.*

Lib. 12. Orig. c. 7.

Quod enim perenni volatu eflugere se posse desperet, vt pote quo nō admodum valeat, hac arte hosti illudit. Exerct autem humilem volatum Cuculus, ad quem allusit etiam Arriolus noster hoc versu:

Tenendo basse l'alsi come il Cuculo.

Quare, vt tradit Isidorus, quo tempore adueniunt, Miluorum scapulis suscipiuntur, propter breues & paruos volatus, ne per longa aëris spatia fatigati deficiant.

GENERATIO.

Lib. 3. de Gener. c. 1. Lib. 6. Hist. c. 7.

CVCVLVS, auctore Aristotele, parum generat nisi aduincus non est, quia natura frigida est. Imo nulla auis vnum parit, excepto Cuculo, qui & ipse tamen duo interdū aut terna, bina quidē maxima ex parte. Alibi tamen idem è contrario scribit, maiori ex parte singula parere, vnde bina. Hoc ipsi peculiare, eodem teste, necnon Plinio, ipsaq; rei experientia, vt nunquam nidificat, sed in nidis pariat alienis, & præcipuè in Palumbi, Curruca, Alaudæ humi, atq; in nido Luteolæ appellatæ super arborem. Alberto etiam nonnunquam in Rubecula, Luscinia, Motacilla. Idem ita distinguit, vt maiorem Cuculum in Palumbi, minorem in Curruca seu Motacilla nido parere dicat. Verum Auicenna se minorem Cuculum in vtriusq; nido reperisse testatur. Hæc ipsa verò pauca oua, quæ peperit, minimè incubat, sed ea auis, in cuius nido peperit, incubat, excludit, & nutrit. Quæ quidem in re, inquit Bellonius, & exemplo huius Cuculi, natura se operis sui magnam gerere curam demonstrat. Nam cum Cuculus vnū nonnunquam paucissima saltem semper ponat oua, quæ in nidū Ligurini, vel Thraupidis, vel Fringillæ, vel alterius alicuius cuculæ, quæ pullos suos grans enutrit, deponere posset, voluit tamē ipsi quæere nidum auis cuiuspiam, quæ in nutrimenti genere secum conueniret. Vnde à natura doctus pullum suum in nidū auiculæ, quam Curruca Latinè dicitur, importat. Visus tamen etiam est in Alaudæ nido humi ea inferre, quemadmodū & Palumbi, vti supra ex Arist. recitatum est, quarum vtraq; frumento seu frugibus etiam viuit. Alauda & vermiuora, & fragilega est. Verum arbitror apud Gallos in Curruca nido, vt plurimum nasci cuculum, ideoq; ita scripsisse Bellonium. Cum autem natura voluerit Cuculum ouum suum deponere in nidum auis, quæ se multò minor est, nempe Curruca, iniuste certè egisset, si multa, aut plurā vno, aut ad summum duobus imponi concessisset. Cuculus enim, qui Curruca corpore longè superat tam exigua aue enutriendus, fame erat periturus, nisi ab eadem illi de cibo profectum fuisset. Atqui quæ pluribus suis pullis victum suppeditare poterit, etiam vni atq; alteri Cuculo cibando sufficiebat, quamuis tantum cibi vnicus Cuculus, quantum ternis aut quaternis Curruca pulis alendis esset satis, vno die absumat. Aliàs pluribus Cuculis haudquaquam suffectura erant.

Cuculus in quo nido pariant.

Lib. 3. de Anim. c. 30.

Quod verò Aelianus scribit in nidis alienis, at non cuiuslibet auis, sed Curruca tantum, Luteolæ & Alaudæ, parere Cuculum hanc ob causam, quòd non ignoret ab ijs oua suis per familia excludi solere. An, inquam, hoc de Palumbi nido verum sit, ipse videat, in cuius nidum oua etiā depo:

deponere supra ex Aristotele diximus. Si autem illarum nidos vacuos repererit, non eo dixerit, inquit idem Aelianus *scilicet in eos, in quibus ova sunt. atq. ad ea cassis opponit sua. Si autem illarum ova complura offenderit, ex q. quaedam perdit, ac in eorum locum sua (scilicet eisdem forte, ne, dum illi numero frequentiori aut superflua inuenit aus incubator, tanquam aliena repulsi) supponit, quae non ab illis suis ovis inter nosci possint ob similitudinem. Tam vero aves, quae dixi, aliena ova excludunt, pulli vero Cuculi cum etate procedenti ad volatum firmi paulatim existunt, sibi consij esse illegitimos foetus, ad parentem suam euolat. Tam enim succrescentibus demissis (ab aue, quae eos excludit) alieni deprehendantur, atq. acerrimè verberantur. Oppianus paulò aliter scribit, nempe *foueri quidem ova Cuculi per alienam matrem tantisper, donec exclusus pullos suos detegatur, casq. cogit a nutrice eos relinquere, & alienum nidum struxerit a uolare, & sic Cuculum accedente uere pullos demum nutrire.* Quia in re ab Aeliano distinet, quòd hic nutricem agnitos supposititios dicat deserere, ille verò verberatos è nutricis nido excedere, & haud parum detegit in terda. In hoc tamen conueniunt, quòd neuter de nutricis nece, neq. à matre, neq. à prole illat. quidquam scribat: de qua tamen Aristoteles & Plinius, alijq. varias ad modum recentem sententias: Nam ut ille ait, *Cum Cuculus alienigena videlicet pullus accreuerit, suis eijcere dicitur Curruca, seu alia quavis nutrix, ita ut pereant. Alij eos à genitrice occidi, & dari in cibum Cuculi pullo aiunt, videlicet improprios propter speciem Cuculi elegantiores. Ausus enim Cuculus, inquit Plinius, ex natura, praeipit cibos reliquos pullis, itaq. pinguis, & nitidus in se nutricem conuerit. Illa gaudet eius specie, miraturq. se ipsam, quòd à caelestis pepererit. Suos comparatione etiam damnat, ut alienos, absamq. etiam se in speciem aie peccatur, donec corripit ipsam quoq. iam volandi potens. Iuxta hanc igitur Cuculus grada descendens non solum nutricis pullos, sed & nutricem ipsam tandem impius deuorat. Verum, vt inquit rursus Aristoteles, *quoniam plurima ex ijs viasse nonnulli confirmant, tamen de pulorum etiam interitu non conuenit inter omnes; Alij enim Cuculum ipsum repetere nidum, cui suum ouum mandarit, pullosq. deuorare nutricis voluit. Alij pullum Cuculi, quòd magnitudine praestet, posse precipere cibum omnem oblati, atq. ita ceteros fame perire autumat. Alij ipsum vt fortiorè, ceteros passas consortes occidere auibores sunt.* Sunt, inter quos Oppianus & Auicenna, Albertus, alijq. qui dicant *Cuculum ova auis eius, in cuius nidum sua importat, vorare, absumereq. suisq. suppositis discere.* Itaq. spei & feminii prolis extinguens, minimè expectat, donec pulli editi sint, vt tum demum eos deuoret. Imò Aristoteles ipse alibi hanc opinionem probare videtur, non satis sibi constans; Scribit enim in haec verba: *Parit Cuculus in nido, non quem ipse fecerit, sed à mino-um auium, & ova quae aliena repererit edit, suaq. relinquit.* Lidorus quoq. *Cuculi, inquit, ova in passis nido reperita comedunt, & sua obijciunt.* Quod si ita est, quòrum ova perferit, absumpsitq. vt pullos etià perdat fieri non poterit. Nisi dicamus auiculam nutricem prioribus ovis, quae posuerat, non inuentis, aia parere, è quibus post exclusos pullos denudò Cuculus interiinat. Verum hæc multis modis fieri contingit, & nunc hac, nunc illa ratione vera esse, quae prima verborum specie pugnat videntur. Alia præterea est sententia de Cuculi generatione, quam Niphus adfert. *Nonnullus velle, ait, nutricem incubare ouum Cuculi, & simul etiam sua. Sed quoniam ova Cuculi eius excluditur, ideo vixit pullo Cuculi, veluti eo contentiam nutricem à proprijs incubandis, fouendisque distingere. Quidam deniq. asserunt, inquit idem, pullum Cuculi suis matronibus propter pondus sui corporis opprimere pullos nutricis auis, & veluti conculcare, praesertim in illa prima teneritate, cum in non primò in exclusi sunt.* Verum, vt vt est, hæc de re certum est, educare Curruca subditò Cuculum adulterato suam nido, vt Plinij verbis utar. Malè ergo hanc historiam intellexisse videntur: Gili, qui maritum, nempe cui vxor prolem alienam educandam supponit, Cuculam, vulgò mary coqua, nempe adulteræ vitium, improprie ad modum appellat. Non enim educat foetus illegitimos Cuculus, sed illegitimus ille educatur, aut Curruca pullum suum excludendum & euitandum sibi jicit. Ita vt Curruca patris aut alterius maritus nomine appellandus esset. Acron quoq. Grammaticus omnino errauit, vbi illud Horatii interpretatur.**

— Magna compellens voce Cuculum,

Cuculus enim, inquit, hoc vitio naturali laborat, vt ova vbi posuerit oblitus, sæpè aliena calefaciat, unde vixit sibi obijciunt, quasi alieni curam sustinentibus. Atqui Cuculum non aliena ova fouere, sed ipsum potius ab aliena matre foueri, aut suum ouum fouendum supponere iam satis probauimus. Quod si quis tamen adhuc talem maritum Cuculum appellare vellet, concedi illi hoc poterit e a ratione, qua Cuculum simpliciter hominem nullius ingenij, solidum & inerte vulgò etiam vocamus. Quod Germanis etiam frequens est ignominia genus. Malò melius, veriusq. & scitè maritum huiusmodi stultum, qui ad fictas improbe vxoris lachrymas commisere. scit, Curacam Iuuenalis vocat:

Tu mihi nunc Curruca places, stertumq. labellis

Exorbes &c.

Quo

Ixcv. li. 1.

9. Hi. 29.

Lib. 10. c. 9.

Lib. 5. Hist.

cap. 7.

Li. 12. Ori-

gen. cap. 7.

Mary co-

quæ.

Cuculi qui

in se dicantur.

Saty. 6.

*Cornuto qui
Italis dica-
tur.*

*Currucula
qui dicat.
Lib. 2. Hi-
stor. c. 29.*

Li. 10. ca. 9.

3. de gene. c.

1.

3. de anim.

cap. 30.

6. Hist. c. 7.

Quo loco codices quidam pro curruca habent eruca, quod non placet. Meritò enim maritus infusus, qui moechæ vxoris filios pro suis & legitimis educat, vt Cuculi pullos Curruca, & aliæ quædam aues, sed illa præcipuè, Curruçæ nomine appellatur. Talem hodie maritum Itali cornuum appellant, quod nomen à Curruca quasi, quamuis alia eius sit appellatio, detortum videtur. Alioquin cui ruculæ nomen adhuc quibusdam Italiae locis in vsu est, cum quis de stoliditate notatur. Ceterum dubitanti cuiuspiam & admiranti, quæ causa esse possit, cur solus inter aues Cuculus oua, quæ peperit, non etiam incubet, atq; ex his pullos excludat? Huic Aristoteles discretis verbis respondet in hæc verba: *rudèter sanè proli sua procreationè moliri videtur Cuculus. Cùm enim se ignauum, minimèq; opitulandi potentè nonerit, facit quasi supposititios pullos suos, quò seruari possint.* Causa ergo subiiciendi pullos putatur, quod *inuifum se sciat*, inquit Plinius, *cunctis aurbus. Nã minuta quoq; cū infestans auicula, ab hisq; vellitur, ita vt præmes earū fugiat. Quare non fore sui generis suo stirpem opinatur, nisi se fellerit, ideoq; nullum facit nidum, nisi in nido profecti animal.* Etenim vt Theophrastus testatur, *Cuculi generis nō extaret, nisi oua sua alieno nido supponeret.* Aliã alibi & veram infecūditatis simul & timiditatis Cuculi causam assignat Aristoteles, nempe naturæ frigiditatem. Huic attestatur Aelianus, inquit: *Cuculus sibi cūfectus se neque incubare, neq; ex ouis pullos excludere posse ob frigidam corporis sui constitutionem, in nido parit alieno.* Cùm verò apud omnes inconfesso sit, Cuculum licet sua natura sterilem, aliena tamè opera pullos procreare, miretur quis, cur Aristoteles dicat, quod Cuculi pullos sese vidisse nemo affirmaret. Vvottonus quidam Germanus sententiam nonnihil limitare conatur, & addit ferè neminem visos sibi dicere: Albertus subaudiri vult in nido proprio. Verùm hoc sensu Philosophus nihil nouum ducturus erat. Nam paulò post in nidis tantum alienis oua ponere eum dilertis verbis ostendit. Sed fortè intelligendum id est de eo genere, quod in præruptis nidulari ex ipso antè diximus.

VICTVS.

*Lib. 2. de
auib. c. 29.*

*Lib. 6. Hist.
c. 7.*

*An inter
carniuoras
reponendus.*

*Lib. 9. Hist.
c. 9.*

Li. 10. ca. 9.

*Lib. 6. Hist.
c. 7.*

*Cuculus
quò nutriat-
ur sine cibo
in arboribus
cauis.*

VERMIBVS & insectis quibusdam, vt muscis & erucis Cuculos velci referunt. Auicenna scribit se auiculas illas, vt Curruçã & similes Cuculum vermicolis nutrientes obseruasse. Vnde eum ex victu non rapacem esse licet colligere. Quod autem Bellonius opinatur à natura non temerè institutum, vt in Curruçæ potiùs, quam aliarum auium nido excluderetur, & educaretur, scilicet quòd ea consimili, ac eodem quo ille alimentis genere victit, fatere mur verum esse, nisi ab Aristotele edocti Cuculum non solum Curruçæ aliarumq; minorum auium nidos petere sciremus, sed & Palumbi, & quidem maximè frequentissimèq; præterea & Alaudæ, quæ tamen spermologæ seu frugilgæ aues sunt. At si verum est, quod ipsemet etiã Philosophus ex aliorum sententiã tradit, *Cuculum iam grandinisculã nutritis pullos deuorare, imò etiã nutricem ipsam iam volandis potentem absumere*, vt Plinius nescio quo auctore refert, sanè tã pacis auis hac parte naturã sapere videtur, & carniuorus erit. Verùm vt vt hac de re sit, hoc Aristoteles ex propria refert sententiã *Cuculum accipitri nonnunquam in cibum cedere*, ex eoq; contrariù probat, quòd hac ipsa de causa rapax, carniuoruscq; minimè habendus sit, cum nulla auis aliã sui generis vnquam visã sit interimere. Quod autem quidã dicunt comportari congeriq; ab eo ætate cibum in cauas arbores, quo hyeme vitã sustentat, Albertus falsum esse ait. At si quis ex Alberto querat, quomodo igitur viuat, aut qui nutriatur, si neq; cibum in latibulo olim reconditum habet, neq; hunc quæsiturus auolare, vt potè implumis, queat, fortasse obiecturus est, eum non secus atq; serpentes ac vros hyeme vitam degere, idque à ratione alienum non putabit, qui & Cuculum frigidæ esse naturæ, ipso Aristotele auctore secum reuoluit, & Hirundines in Sarmatia Eropæa sub glacie totam hyemem veluti sepultas viuere, nihilominus & inuente vere denuò auolare pensitabit. Quam rem minimè fabulosam esse, sed veritati ac rationi maximè consonam, cùm ipsa rei experientia, tum rationibus varijs, cum ad Hirundines ventum erit, probabimus. Cuculi verò vel ex hoc cum latent, comedere videri possunt, quòd in eorum cauis, vbi latent, varij fructus reperiantur, vt auctor ille quisquis sit de natura rerum quoq; testatur, & experientia ipsa docet.



INGENIVM. MORES.

TIMIDISSIMAM auem esse Cuculum Aristoteles tradidit, & trepidum animal cum Plinius vocat, ut potè qui à minimis etiam quibusquæ uiculis impunè laesatur, & vellicetur, imò præ metu eas fugiat. Quam formidinem à natura ob frigiditatem ei inesse vult Aristoteles, ex moribus, corporis constitutionem non immeritò coniecit. Verùm natura hùc profum omni ope imbellem defuitisse putetur, quod corpori negauit, ingenio addidit. Peculiari enim & naturali instinctu suæ sibi imbecillitatis conscius, sagaciter admodum aliarum aucularum, nec tamen quarumuis, sed quibus imponi faciliùs posse cõdidit, nidos obseruat, eosq; inuolans oua aliquot exorbet, ac in eorum locum sua substituit, reliquisq; ne agnoscat, permittet, & medium plerunq; si Alberto credimus, collocat. Neque ignorat earum aucularum nidos ad forum suorum ouorum sibi esse deligendos, quæ suis non absimilia pariant, ne alienù agnitum repudièt, & deturbent. Nisi enim astu hoc & vulpina fraude instructus esset, iadudùm tota eius progenies euaniisset, cui quauis ratione potius prospectù natura voluit, quæ æternitatem in omnibus animantibus, saltem in specie conseruandis maximè appetit. Ab ingrati tudinis tamen nota (si quidem, quod refertur, verum est) nulla ratione excusari potest Cuculus, ut qui nutriti, quæ, ut suppositio pullo alimentum copiosè suppetat, non solum propriorum pullorum, sed & suum ipsius genium defraudat, pro omni beneficio hoc ingens rependit maleficium, ut non solum coetaneos, & pastus nutriticulus consortes adultior factus deuorat, sed & in nutriticem suam admirandam, in quo scilicet illi concupiscitum est, quod tam pulcher sibi natus contigerit, crudelis & impius insurgit, & plus Neroniæ crudelitate interimit, atq; dilaniat. Infandum sanè scelus, ut qui eam, quæ modò sibi pastum præbebat, nunc ipsam in pastum suum conuertit, & quæ vitam dederat, pro vita mortem reponit.

3. de Gen.
cap. 1.
Lib. 10. c. 9.
Cuculi timiditas.

Cuculi asp.

Cuculi impietas.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

QUÆ ADMODVM Cuculus aliarum auium inuadit nidos, effraçtis; quis spem proliis præcidit. Ita ipsi quoq; è contra non vnus quidem, alterq; hostis est, sed omnes ferè auicula, quæ cum impugnant occultè quidem, ut inquit Albertus, & eo potissimùm tempore cum eo digladiantur, quo oua pariunt, tãquam fraudulenter illius hostilitatis & tyrannidis, qua earum oua depopulari solet, non ignaræ sint. Omnibus itaq; inuisus est Auibus præter vnũ Miluum, qui scapulis suis volatù per longinqua terrarum interualla vere aduentans deportare ab Isidoro creditur, vobatur alioquin admodum imbecille, occultè & proculdubio amicitia priuilegio. Alia etiam potest esse huius communis odij causa, quod nimirum Accipitri quàm maximè similis sit, sed auium omnium ignauissimus, vnde quam de Accipitre nõ possunt, de hoc, qui eum figura refert, vindictam sumunt, vellicantes & insultantes, quem haud repugnaturum sciunt. Sic tanquam scædum & deformem velut Bubonem quempiam & abluenda voce importunum *ὄψα μύρον* ludibrio habere videatur. Neq; auibus solum modò vniuersis, sed & insectis quibusdam ætius, nempe cicadis quàm maximè exosus est, adeo ut necem quoq; ipsi inferant. Quod si credi fas est, id quod doctis minus vero fit simile, ex Cuculi salua cicadas gigni, ut Isidorus testatum reliquit, quæ mox, quod quidam memoriæ prodiderunt, infenso admodum animo Cuculum aggrediunt, & ad mortem vsq; diuexat, sanè naturæ lege, ut qui suam nutriticem ingratus interemit, ipse quoq; ab his, quas ipse quodammodo genuit, è suis excrementis natus, debita talione multetur morte: iuxta tritum illud commune prouerbius, *A filijs expecta, quod parentibus feceris*. Scribunt enim quidam cicadas, simulatq; Cuculum absonam illam suam vocem toties ingemere ante canaliculam audiunt, veluti indignatas frequenti agmine inuadere, ac sub aliis eius sese recondentes, morsus acerrimi mos vndiquaq; insigere, adeo ut præ dolore ac cruciatu quiescere, aut loco stare, aut cibum capere nesciat. Itaque cicadarum multitudinem, ac vi oppressam tandem perire. Et hanc quidem causam esse volunt, cur Cuculus sub exortum caniculae, quo quidem potissimum tempore.

Cur aues
Cuculo hostes sint.
Cuculus et
Miluus amici.
L. 12. Orig.
cap. 7.

Cuculus cum
cicadis dis-
sides.
L. 12. Orig.
cap. 8.

Cur vocem
abscondat
Cuculus.

Francis

Sole sub arde nit resonant arbusa cicadis,

cuculare, & pulchram illam, si Dijs placet, cantilenam suam occinere desinat. Plutarchus refert in monte Gracia Coccycio palurum nasci, cui omne animal, quod infederis, haret, tanquam visco veniente, excepto Cuculo. Verùm huic commento ex loci eius nomine occasione datam esse ar-
bitror.

L. de stinij
Coccycius
mons.

AFFECTVS CORPORIS.

9. Hi. c. 49.

INSTAR rapacium aliarumq; complorium auium Cuculus hyeme deplumescit, pennas mutat, & simul colore, teste Aristotele, immutatur. Cùm vero per hyemem exuuium veterum pennarum deponit, scabro quodammodo corpore esse videtur quale Anseris est deplumati, ob pororum, quibus pennarum tubuli inhæsere, asperitatem. Vnde apud Germanos homines valde scabrosi vulgari dicterio tam scabri esse dicuntur, quàm est Cuculus. Hinc etiam Hebræi Cuculum vulgò Schachaph nominant, quòd nempe præ cæteris scabiei morbo laborare credatur.

Etymologia.
Schachaph
cur dicitur.

COGNOMINATA.

In Asinaria.

CVCVLVM maritum mulier Artemona vocat apud Plautum, qui cum alienis vxoribus dormiebat. Quia maritus vt Cuculus relicto nido proprio & fundo vxorio in filij Argrippi nido cœtare contendebat, & quæ domi veluti ova incubari debebant, in lecū alienum transferebat. Vnde adulterium dictum, quasi ad alterius thorum.

Adulteriū vnde dicitur.
Iupiter Cuculi dicitur.
Cuculi qui dicitur.
In Laio.

Coccyx etiam olim Iupiter dicitur, quòd in hanc auem se conuertisset Iunonis desiderio; Coccyges in Achenensibus Aristophani, vt Scholiastes exponit, dicuntur homines incepti ac impetui, nam & Coccyx auis, inquit, voce inperita ac in præ cantivade Plato:

Nunquid vias Meleager, vt Glaucos ex propagine
Præstanto stultus, vt Cuculus vadat vias
Longè, piponis qui crura habet simillima
Eunachij?

Oti qui dicitur.

Eos tamen, qui facile decipiuntur, præci Græci ob stoliditatem ab Ori stolidæ auis natura Otos etiam appellabant. Germani similiter homines stolidos Cuculos cognominare solent. Lycophron Aiacein Coccyga vocauit, siue, vt Scholiastes explicat, ab ingenio minimè ciuili, aut sociali, sed solitario, siue propter loquacitatem. In cæcundæ quidem auis, & impia loquacitatis Homerus meminit. Plerisq; arrisit Battum Coccyga dictum fuisse, de loquutionis pontificio præpedito, vt Cælius annotauit. Nos quoq; apud Pyndari Scholiastem legimus Battum regem Coccyga fuisse nuncupatum, quòd non clara voce vteretur. Κοκκυγας, id est, Cuculi dicebantur Hesychio & Varino, & vt videtur, prouerbialiter, qui numero pauci, plures viderentur.

Aiæx Cuculus dicitur, & cur.
Battus Cuculus dicitur Li. 13. ant. lect. cap. 1. in Pythijs.

DENOMINATA.

Coccygium mons.

COCYGIUM mons est Græciæ iuxta Inachen fluum, Dyeceium prius appellatus, postea Coccygium, vel Coccyas, teste Plutarcho, eò quòd Iupiter in eo monte cum Iunone forore concubuerit, in Cuculum mutatus, ne agnosceretur. Hunc Pausanias prius Thornacem (alij Thronacem scribit) non Dyeceium vocatum insinuat. Coccyus inferni palus est à styge emanans, vt Homerus canit:

Dyeceium.
In lib de flumibus.
In Corynthiacis.
Odyss. K.
Lib. de rap. Prose.

Εἴθε μὲν εἰς Ἀχέροντα Περιπλεγέσθαι περὶ ἴσας
Καυτός θ', ὅς ἐστι Στυγὸς ὕδατος, ἐστὶν ἀσπερρώδης.
Hic quidem in Acherontem Periplegesthoni, consumunt,
Coccyusq; qui ceritè Stygis aqua est fluxus.

Meminit eiusdem fluij Claudianus:

— & presso lachrymarum fonte refedit

Coccyus flumina.

Coccyus: iactis Acheron obmutuit vnais.

vbi Coccyum, fluum lachrymas volentem vocare videtur, nam moeror styx est, atque inferus Coccyus, id est, in cuius ripis luctiferi Babonis gemitus & aliarum dirarum auium vlulatus turpissimus audiri, Theleus apud Senecam refert.

Palus inertis fœda Coccyis iacet,
Hic Vultur, hic Lucifer Bubo gemit.

Bubo luctifer.

Vnde Coccyto nonnulli nomen datum volunt à Coccyge aue, sed Platonici quidam per Coccyum interpretantur, quicquid homines ad lachrymas compellit.

Coccygia ventus.

Coccygiam ventum vocant, teste Hesychio, iontè quòd eo tempore spiret, quo κοκκυγία incipit κοκκυζειν. Multa alia sunt etiam plâtaxum & fructuum nomina, quæ Grammatici à Coccyge de-

ge de-

ge derivata, seu denominata existimant. Ego verò non tam ab hoc, quàm à cocco ea originem petere puto. Qualia sunt in primis Coccygia, quæ est cotinus Theophrasti, ita quantum ego iudico, dicta, quòd vsus eius aliquis sit ad vestes purpureo colore tingendas, ita vt dicta videri possit coccygia, quasi coccus agria, id est, sylvestris, quo à cocco baphica distinguitur. Pari sensu *κοκκυλωιδος* Helychius & Varinus exponunt, colore coccygino, id est purpureo tinctum. Neque enim huic arbori quidquam cum Cuculo commune esse video, cur ab hoc denominata paranda sit.

Coccygia
unde dicta.

Similiter *κοκκύμηλον* dictum quidam putant, quasi *κοκκύρος μήλον*, quo nomine Eustathius prunum, Suidas & Varinus malum Armeniacum Græcè vocant. Ego verò rationem nullam video, cur hi fructus Cuculo nomen suum debeant, sed ita dictos puto, quòd inter mala & baccas quodammodo medijs & ambigui videantur. Nam *κόκκος* Græcis baccam notat, qua voce continentur fructus malis minores, qui coniunctum quidem crescunt, sed quàm acini dispersius rariusq; vt sunt lauri, oliuæ, alijsq; huiusmodi. Vulgò mala Armeniaca, teste Suida *βερικοκκα* vocantur, quæ vox corrupta videtur à Latina præcox vel præcoquum. Sic enim Armeniacum malum appellant aliqui, quod tamen perfici potius quàm pruni species est. Non sunt probandi Grammatici, qui *κοκκύμηλα* per eia penultima scribunt, nec ille, qui in antepenultima.

κοκκύμηλον.

βερικοκκα.

Panem Cuculi quidam nominant trifolium genus acetosum, à quo sapore Plinio oxyus appellata est; nempe quòd sub initium veris Cuculo canere incipiente pullulet, quam eandem ob causam barbaris alleuya vocatur, & Germaniæ officinis, quod circa paschatis festum, quo lætotum hoc caritum in Ecclesia decantatur, erumpat.

Panis Cuculi.

Oxyus.

Alleuya.

Braccala Cuculi apud Ruellium est verbasculum, seu primula veris vulgò, alijs lactuca agrestis, sed malè, eadem, quam antea attulimus, ratione, ita dicta. Vulgò etiam à Germanis Cuculi flos (Gauchbloum) appellatur flos quidam caryophyllo sylvestri non absimilis, lychnidis agriciæ genus, quam, ni fallor, nos odontidem vocamus, folio multiplici, sed in partes plurimas dissectus & laciniatus. Huius causam vulgò aiunt Cuculi saluia aspergi. Apparet in eo spuma alba, circa genicula maximè, vt Tragus scribit, in quibus saluiæ cicadas signi arbitrantur.

Braccala cuculi.

Primula veris.

Cuculi flos.

Odontides.

Tragopogon.

Sylibrii.

Cardamine.

Lib. 1. Hist.

lib. 1. Hist. 6. 4.

Alij Sylibrium Cardamine, florem Cuculi appellant, eadem, vt opinor, de causa. Hieronymus Tragustradit Germanis tragopogon siue barbulam hirci vocari Gauchbrot, quasi Coccygis panem ob dulcedinem radicis, quæ si Apitijs perspecta foret, nunquam non procerarijs illam præ cæteris herbis & radicibus insererent. Hinc fortè etiam spumam illam albam, quæ instar saluæ, in geniculis eius caulibus reperitur, Cuculus aspergere creditur.

Apud Brutios propè Roccam Imperialem Cotyledon nascitur folio maximo, magnitudine nempe pilei non longè à si mine Syri: hanc herbam incolæ herbam Cuculi vocant: Sepalsarij videntur in parando vnguento populco, ciulq; radice ad conterendos lapillos in renibus, quod est secretum ratum.

Cotyledon.

Herba Cuculi.

κοκκύμηλον.

Græci *κοκκύμηλον* vocant; & id quidem vt Nicander indicat, quasi *κοκκύρος μήλον*. Quid autem Cuculo cum prunis sit, ego me nescire fateor. Panem Cuculi, vt dixi, oxyus Dioscoridis vocant: fieri potest, vt principio, cum agrestia duntaxat pruna nota essent, Cuculi mala fuerint nominata, id est, digna hominibus tardis, & qui nec domum, nec pomarium habent; propterea quòd gustantibus acerba sint & ingrata. Galenus inter alia, quæ suis potius agrestibus, quàm hominibus alèdis apta dicit, Brabyla numerat: quo loco satis clarè significat, se de prunis nostris agrestibus intelligèdam. Hæc igitur Cuculi mala primùm dicta existimo, & de horum similitudine idem nomen ad domestica pruna transisse, quæ iam non Cuculorum solum, sed hominum etiam elegantium poma vocari mererentur. Possent quæ suspicari, ab eo Cuculi mala nominata pruna omnia generatim fuisse, quòd alium laxam reddant, qualem quamvis & aliæ Aves, tamen Accipitres præ cæteris maximè habere solent, inter quos Cuculus vix contemptissimus numerari potest, plumis duntaxat similis, cateroquin timidissimus, & caloris semper indigeni alieni. Quamobrem pomum alium cien, Coccygis potuit proprium dici, quòd alium moliret, & liquidam redderet, & propterea viscera refrigeraret. Hinc & illud videtur factum, vt Cuculi & Rhodij omne prunorum genus Brabyla nominariot, quasi *βραβύλα*, vt Stephanus in linguis rationem assignat: quæ si vera sit, còmuni vsui, quem Galenus in Brabylorum nomine secutus est, repugnat; cum hæc potius astringant, quam soluant. Quamuis ergò inter Coccy-mala & Brabyla illud obseruatum à plerisq; sit discrimen, vt illa cularum arborum; hæc sylvestrium: Brabylis tamen etymologia illis magis conuenit, quæ alium lubricam reddunt: Coccy-meli contra illis, quæ succo sunt vehementer astringente, & prorsus inamœno, non alijs, quàm Cuculis pro cibo quærenda, qui tarditate sua in hanc incidunt necessitatem, vt dum ab alijs meliora impetrate nequeunt, cum suis vicium quærere cogantur.

Brabilla.

Μαλακνεν-λι & cur sic dicta.

PRÆSAGIA. AVGVRIA.

Peris præ-
sagium.
Embl. 100.
Fringilla.
Hirundo.

CVCVLI certo certius iam hyemem exactam, nec frigus iam amplius pertimescendum esse voce satis indecora acclamant. Ita vnumquodq; anni tempus suam habent alitē, quę aut aduenisse, aut iā præ foribus adesse id indicare solet. Etenim vt Alcianus canit:

Aduenisse hyemem Fringilla renunciat ales,

Ad nos vere nouo garrula Hirundo redit.

Indicat a statem sese expectare Cuculus

Autumnus est sanium cernere Ficcedulas.

Lib. 2. de
opera, &
die.

Agricolæ itaque officij sui admonet tempestiue, vt inquit Hesiodus:

Ημεος κόκκυξ κόκκυξ εις δρυος εν περαιοισι, id est,

Quando Cuculus canit in quercus frondibus arandis tempus esse.

De Lombardis.
Lib. 3. Ennead. 3.

Cum propius ciuitatem accesserit, & multo magis, si intrarit, pluias vel tempestates expectandas asserunt. Hęc itidem ales inauspicata quondam habebatur, vt ex F. Leandro nostro Bononiensi etiam liquido constat, qui dum Luitprandi filius Irprandus in Longobardū regnū inauguraretur, ideo corona illius indignum refert fuisse habitum, quod Cuculus eo tempore eius hastę infidere visus esset, quod ex Sabellico Leander transcripsit. Quidam annonę caritatem timendam esse existimant, cum propius domos, quod cęlo frigido facere solet, hęc auis accesserit. Audiuntur apud Germanię populos Cuculi plerunq; ad diem vsque D. Iohanni sacrum: Quod si etiam ab illo tempore audiantur, vvas vix maturitatem consequuturas metuunt. Apud eosdem consuetudo inoleuit, vt qui Cuculum ruri canentem audiant, petant ab eo per ludum, aut ex veteri aliqua superstitione vt numerum annorum, quos adhuc superstites victuri sunt, ipsis præfagiat. Numerant verò totidem annos, quoties ille suum κόκκυ per interualla post quęstionem factam repetierit. Non valde diuersus mos apud nostros obseruatur, sed alio fine. Solent hi ex eius cantu ducendę vxoris tempus percontari, eum boni augurij veteri superstitione existimantes. Olim enim nuptiarum præfidi Iunoni facerent.

MORALIA.

Thy. fab. 12.
Promer. 22.

CVCVLEVS à sono vocis nomen accepit, eò quòd voce importuna semper se ipsum nōminat, & non semel, sed continuò nomen suum inculcat. Idem faciunt gloriosi Thraones, & vani iactatores, quibus perpetuò laus propria est in ore, contrā atque ille præcipit sapientissimus Regū, vbi ait: *Laudet te alienus, & non os suum, extraneus, & non labia sua.*

Esp. 32.

Cuculi ob volatus imbecillitatem Miluorum scapulis suscepti ad nos transfuolant. Pari pacto & nos, quibus proprijs meritis ad cælum euolare non licet, Christi Saluatoris, Deiparę Virginis ac Sanctorum ope innixi, meritisq; eorum ac suffragijs subleuati, his ipsis nosmet, nostraq; omnia concredientes, æthereas & æternas sedes petere debemus: iuxta illud Deuteronomij: *Expandis alas suas, & assumpsit eos, portansq; in humeris suis.*

VSVS IN MEDICINA.

Bib. 30.
c. 15.

Lib. de ponderib.
Lib. 30.
cap. 10.

AVIS Cuculus, auctor est Plinius, *Leporina pelle alligatus, somnos allicit.* Ad canis rabidi morsum aliquos Cuculi finum laudare decoctum & potum idem affirmat. Cineres Cuculi, vt tradit Rondoletius, ad dolorem & ventriculi humectationem valent. Totus enim vritur, & in oleum recipitur, vt fit de vermibus, & auiculis, vt Passere, Hirundine, Troglodyte, Motacilla &c. Mirandum refert Plinius (at proculdubio fabulosum & supersticiosum) de Cuculo, nempe quo quis loco primùm audiat alitem illam, si dexter pes circumscribatur, ac vestigium id defodiatur, non gigni pulices, vbicunq; spargatur.

V S V S I N C I B O

PVLLVS Cuculi dum in nido educatur, ab aliena matre, eo tempore præcipuè & pinguis & grati saporis est, inquit Aristo eles. Plinius verò Cuculi pullo, qui iam volare potest, nullam avium suavitate carnis comparari attestatur. Postquam verò per se vivit, mutare saporem dicitur. Itali nostri hunc in cibum recipiunt, At Germani, ut plerisque alios cibos nobis etiam frequentissimos respouit & abominantur. Nam quia spuit, ut vulgò creditur, auem imparam, & excrementariam iudicant. Quod si Kaath Hebræis Cuculum significat, ut quidam interpretantur (nam alij aliter vertunt) lege etiam Moysis interdictus fuerit.

6. Hist. c. 7.
L. 10. c. 9.

Germani
enim à Cucu-
li est absti-
neant.

Deut. 14.

HIEROGLYPHICA.

PER Cuculum, quia timiditate omnium avium maximè excedit, homo meticulosus, ac minima quæque expauescens designari solet.

Pulicum quoque extirpationem per Cuculum, & humanum vestigium Mugos olim significasse Valeriano placet. quam alioquin etiam expressa origani figura innuunt.

Propter verò insignem eius in nutricem impetatem ingratum designat.

20 Est & verni temporis signum, id quod vel imperitæ innouit plebeculæ. Porro Phœnicibus messem prædicebat & signabat. Ad huius enim cantum seu signo dato Phœnices triticum & hordeum metebant. Cuculum regem Aegyptij aliquando imperitasse tradunt. Necessè autem est tempore maiorem multò quam in Græcia aut Italia nostra apud eos messem fuisse.

30 Verùm ut paulò maiora canamus, cum Cuculus Iunoni sacer sit, ut aiunt, atque hæc & nuptias & parturientes curet, ideo Deam ipsam & præcipuè quòd huius forma, in quam Iupiter sese conuerterat, decepta Iouis coniunx esset facta, Cuculi simulacro expresserunt. Imo verò Iouem ipsam imagine Cuculi, qui Iunonis scepro infidetur, exhiberi voluerunt, quod non alia ratione, ut etiam antea dictum, facilis fori Deæ fucum facere putasset, quam sub velo ridiculæ avis huiusce quam ipsa seu ludicrum quid veneraretur, & in gremium secuta admitte-

Timidorum
typus.

Pulicū ex-
tirpatio.

L. 25. Hiero-
rogl.

Ingratitudo
expressa.

Veris signū
& messis.

Cuculi rex.
Iunonis si-
mulacrum.

In Corin-
thiacis.

P R O V E R B I A.

OLIM qui fuissent in re quadam parum honesta deprehensi, vulgari probro Cuculi dicebantur. Id ortū à vinitoribus, qui seriùs cœpissent putare vineam, nec hoc munus absoluisent, priusquam Cuculus audiretur, veluti cessationem exprobrans agricolis, cuius vocem imitantes vinitores, vinitores deridebant, ita Plinius: *In hoc temporis intervallo (inquit) quindecim diebus primis agricole rapienda sunt ea, quibus peragenis ante æquinoctium non suffeceris, dum sciat inde natam exprobrationem sciam putantiam vites per imitationem cantus alius temporarij, quem Cuculum vocant. Dedecus enim habetur, opprobriumq; merum salcem ab illa volucre in vite deprehendi, ut ob id petulantia sales etiam in primo vere ludantur. Auspicio tamen à testabiles videntur. Ad eò minima quaque in agro naturalibus irabuntur argu-
mentis.* Ex his Plinij verbis intelligi possunt h. Horatiani versus:

Cuculi qui
dicit.

L. 18. c. 26.

L. 1. Serm.
Sat. 7.

*Tum prænstinus salsæ, multumq; fluentis
Expressa arbusculo vegetis conuicta, curus
Vindemiator, & inuictus, cui sæpe vsator
Cessisset, magna compellans voce Cuculum.*

Simili sensu Aulonius:

In Mosella.

30 — Vnde vsator
Riparum subiecta terens, hinc vanita labens
Probra canunt seris cultoribus.

Horatij locum Porphyrio explicans: *Nam solent (inquit) leuia (fortè legendum lenti pro leuia) mulcti circa viâ arbusa vindemiantes à vsatoribus Cuculi appellari: quòd illi pronocant tantâ verborum amaritudinè in eos effundunt, ut vsatores illis cœdant, contentis eos Cuculos iterū atque iterum vocare.* Huc Pierij Valeriani verba ex hieroglyphicis, quod ad hoc argumentum declarandum non modicum sint allatura lucis, ascribere non pigebit. Ego, inquit, cum Octobri mense Roma Neapolim proficisceretur, in huiusmodi locos incidi, per continuum diem conuictijs huius-

Lib. 25.
Hierogly.

modi delectatus: quare cum Acrone dicere possumus, hoc autem ipsa re nouimus, quemadmodum viatores, quos in itinere vindemiatores per agros conspexerint, conuictijs agitare gaudeant, illiq; ita respondere, ut Cuculos eos appellent, quasi pigros, ignauos scilicet & nihili homines. Sed hoc parum est, & quod à Porphyrione dicitur, subfrigidum: Hodie siquidem res agitur conuictijs & calumnijs etiam vehementioribus. Viatores enim eos nunc pultrones, nunc cornutos, nunc alijs atque alijs probis incesant: illi contra siue ciuis, siue magistratus, siue rex ipse occitare coeperit, omne opprobrij genus regerunt, tegendisq; retectis turpissima quaq; moitantur, præsertim si cellissimis, quæ tota regione sunt, arboribus insederint: quæuis id impudè toto agro Cápáno, Neapoltanoq; tempore vindemiæ licet, ne quid libero libertatis detrahatur. Atq; hoc illud est, quod Flaccus ait: *Durus vindemiator, & inuictus, cui cessisset sæpè viator.* At quod Horatius de vere, cum putandi vites tempus est, dixit, Pierius ad vindemiam transfudit, cum Cuculus non canit. Quo tempore petulantia illi, quos Plinius appellat sales, etiamnum apud alias nationes licet agnosceat. Vernis. n. m. c. s. b. s. quum audiret Cocyx mariti mutis salibus inter se ludunt, dicentes, tibi canit hæc auis. Quod quidem Gallis est familiare significantijs vxorem parum diligenter esse custoditam. Quum tamen potius Curruca, vt diximus, nomen talibus competat: Cuculi vero hicce, qui fidem coniugalem vxori datam non seruant.

Pultrones.

Horatius declaratus, Sales.

Curruca q. dicendi, & qui Cuculi. In Asinaria.

In Pseud.

In Mercat. In Versa.

Thrasones, Cocyxis cantus.

Istabundi, Ingratus.

Improbis & astutus.

Astutus.

Quin & Plantus sic introducit vxorem conuiciantem marito cum amica deprehensa. *At etiam cubat Cuculus. Surge amator, i domum. Et mox: Cano capite te Cuculum vxor ex lusis rapit.* Quod verò Acron viatores Cuculos appellari ait tranquã pigros, cum hoc cõuenit Plautinum. *Etiam cubat Cuculus, quod granatum surget afferior puella.* Quin videri potest in conuicio Cuculi allusum ad vocem cubandi. Et alibi pro generali conuicio videtur vlurpasse. *Quid spes Cucule, vines? nisi forte lachrymantem ac singulientem amatorem Cuculum vocet, quasi κοκκυζοινα.* Similiter alibi: *Istac filio non credam, qui obsequitur patri, huic non, ut mero Cuculo.* Idem alibi: *Tua quidem Cucule causa, non hercle si os praxiderim tibi.*

Cuculi, κοκκυζοι de ijs, qui cum pauci sint, multi numero esse videntur, dici solet Hesychio & Varino authoribus. Cuculi nimirum dici possunt, qui strepitum, clamorem, aut ostentationem magnam exercent, cum re ipsa parum aut nihil sint, aut præstare possint Cocyxis cantus, de ijs qui eadem semper ingerunt. Et cantilenam eandem canere, prouerbiale dictum est apud Latinos, quod & Germani vlurpant: Du lingest yemer ein gefang, vuieder guckguck, id est, cantilenam semper eandem repetis in hæc Cuculi. Ipse semet canit: In iastabundos sui ipsorum prædicatores. Huic affine est illud Germanicum: Der guckguck mussim selbest sein ergycht außruoffen. Aries nutritionis mercedem persoluit: de homine ingrato. Impetit enim cornibus etiam altorem ipsum. Eiusdem apud Germanos sententiæ est illud. Du lonest mir Vuieder guckguck dem gorse, id est, mercedem mihi rependis, qualem Corruca Cuculus. Cuculus semper in alieno nido parit, nunquam bis in eodem: Der guckguck legt itaet in ein ander nest. Videtur torqueri posse in hominem improbum & astutum, sed cuius doli facilè deprehendantur, vt nemo iterum ab eo decipiatur. Quamquam & aliter interpretari licet, Cuculum semper in alio (id est, simpliciter alieno) nido parere. Hæc Teutonica pleraq; prouerbia Orithologus citat. Astutus Cocyge dicebatur, qui astu sibi consuleret. Sumptum ab auis ingenio, oua quæ ipsa fouere non potest, in nidis alienis subijciendis, quo in sterilitate propria, & nullo quidem suo labore species nihilominus conferuetur.

EMBLEMATA.

Embl. 60.

EMBLEMA est apud Aleiatum, quod inscribitur Cuculus, huiusmodi.

*Ruricolæ agreste genus, pleriq; Cuculos
Cur vocitent, quænam prodita causa fuit.
Vere nono cantas Cocyx, quo tempore vites
Qui non absoluit, iure notatur iners.
Fert oua in nidis alienos, qualiter ille
Cui balantum prodit vxor adulterio.*



A P O L O G I.

CUCULVS & Philomela eodem cantant tempore, verno scilicet ab Aprilis medio vsq; ad exactum Iunium, aut eò circiter. Hæ duæ aves in contentionem veniunt de suauitate cœcentus. Quæsitus est iudex. Et quia de sono erat certamen, aptissimus visus est ad eam cognitionem afinus, qui præter cæteras animantes magnas haberet auriculas. Afinus repudiata Luscinia, cuius se harmoniam negabat intelligere, victoriam Cuculo adjudicauit. *Cuculi & Luscinia cœtentia decant.*

Philomela ad hominem appellauit, quem ubi videt, agit itatim causam suam, canit diligenter, vt illi approbet vindicandam iniuriam ab afino acceptam.

Apologus alius est apud Plutarchum, in quo Cuculus inducitur minores aves percontari, quare fugerent se conspecto, qui nullam præ se ferat ferocitatem. Quoniam, responderunt, suspicamur te aliquando futurum Accipitrem. *In vita Avati.*

F A B V L O S A.

THEOCRITI Scholiastes enarrans hoc carmen poëtæ, πάντα γυναικας ἰσχυρα, καὶ ὅς Σεις ἠγάγετο Ἥρω, hoc est, *omnia nauerunt feminas, etiam vt Iupiter Iunonem duxerit*, cuius vsus adinstar proverbij haberi posse videtur. Aristoteles (inquit) in libro de Hermiones templo, Iouem fabulantur, cum Iunonis ab alijs Dijs separata cœcubitus infidiosè quæreret, in Cuculi forma latere voluisse, & consedisse in monte, qui prius Thronax seu Thornax dicebatur, nunc verò Cocyx, & cum Iuno sola proficiscens ad eundem montem peruenisset, Iouem nimia tempestate excitata, ad Iunonem quiescentem eo in loco, ubi nunc Iunonis pronuba seu nuptiarum præsidis ædes est, deuolasse, frigenti rigentiq; similem, & in Iunonis genibus insedissee: miseram eam quis veste obtexisse, tum illum pristinaam formam resumpsisse, & cum Iuno copiam sui negaret, quòd matrem timeret, Iouem se illi maritum fore promississe. Alij referunt primò repulsam à Iunone excusso pæplo, at illum statim mutata facie ab Ioue acceptum fuisse. Vnde præcipui Argiuorum hanc Deam colebant, cuius simulacrum, quod in alto folio positum erat, Cuculum sceptro insidentem manu tenebat.

Thronax, seu Thornax mons. Iunonis templum ubi.

Appendix ad Historiam Aesalonis.

Antequam ad Falcones nostra transferatur oratio, visum est Aesalonis iconem, quam per incuriam, ac festinationem suo loco, folio videlicet huius libri 355. prætermisimus, prius hoc loco exhibere. Est autem avis forma & magnitudine Accipitri Sparuero non dissimilis; colore verò planè alio. Totum enim dorsum à ceruice ad vropygium vsque ferrugineum est, et si tamen pennæ eius omnes lutescant: Cauda eiusdem coloribus constat, sed velut ex latrunculis modò ferrugineis, modò luteis composita. Rostrum cæruleum, breuiusculum. Papilla oculorù nigerrima: iris lutea: Vertex ferrugineus: Ceruix modò ferrugineis, modò albis maculis maiusculis deorsum vergentibus insignita. Collum candicans lineis ferrugineis, quæ etiam deorsum tendunt, respergitur. Pectus & totus venter, nec non & coxæ eiusdem quidem coloris sunt, sed pro lineis maculas, easq; grandiusculas habent: Tibiæ & digiti pedum crocei sunt, & tabellis insigniti. Vngues robusti, nigri & hamati.

Dorsum. Cauda. Rostrum. Oculi. Vertex. Ceruix. Collum. Venter. Tibia.

Sequitur Aesalonis Icon.



Finis Libri Quinti.